

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stultifera navis

Brant, Sebastian

Paris, 1498

Regnum persarum

[urn:nbn:de:bsz:31-65093](#)

CXLV

Sola palestine his prædia parua dedit.
 O quotiens reges illos quoq; mutat; acerbis
 Dum leges spernunt; afficit atq; plagi.
 Prætero bisquicq; tribus: quæ caspia nunc gens
 Claustra colens; fregit nuper & illa fores.
 Ordo his uiuendi bene dum perueritur; atq;
 Dum mandata sui deseruere dei:
 Regali primum se subduxere corone:
 Durius & grauius mox subiere iugum.
 Quin tracti in mædos; ubi seruitute molesta: &
 Perpetua: pecoris more modoq; iacent.
 Vixq; quadringentis; octoginta simul annis:
 Hoc regnum Iudee; quattuor atq; stetit.

Regnum persarum.

Sicq; sub hoc urso regnum Babilonis adiunctum:
 Persarumq; sua lege modoq; fuit.
 Ordo triplex oris sic crevit: & ordine terno
 Hoc steterant dentes carniphage usq; feræ.
 Sed Darium insignis uis; atq; potentia postq;
 Extulit: & fecit non sua regna sequi:
 Victus; & occisus: uitamq; & persica regna:
 Ordinis euersor finit: & imperii.
 Ante hunc & Xerxes; dum militar ordine nullo:
 Fusus ab exigua; disperitiq; manu:
 Quicq; adiit graios fremebundi more leonis:
 Instar mox leporis fugerat attoniti:
 Et bis mille rates submersit in equore: gentes
 Ordine dum caruit perdidit innumeratas.

Alexandri monarchia.

Mox sed Alexander uictor; sic persica sceptra
 Transtulit in grecos; Macedonumq; lares.
 Et pardie rex; duo bis diademata; in uno
 Corpo; eiq; alas; bis dedit esse duas:

t.i.

i. Paralip. ix.
 Ioseph⁹ li. viii
 ca. iii.
 Iosephus. li. xi.
 c. v.
 iii. Reg. xii.
 Esaiæ. xiii.
 Iosephus. li. x.
 c. xi.
 Iosephus. li. x.
 c. x. de non in/
 gentis. xiii. di/
 cit annis

Babyloniorū
 Hierœ. xxvii.
 Danielis. vii.

Darius
 Iosephus. li. xi.
 c. viii.
 Iusti. li. xi.
 Xerxes
 Herodo. li. vii
 Iuuenalis in sa/
 tyra. omnibus
 in terris.
 Iustinus. li. ii.

i. Mach. i
 Danielis. vii.
 Iosephus. li. xi.
 c. viii.